

/ Rob. Bellarmino S.R.E. Cardinali. Romam.

Ill/me et R/me Domine

Gaudeo jam tandem R/di P. Heriberti De Vitis Patrum volumen ist-
huc pervenisse; etsi summopere optassem citius allatum. At quae p
5 postmodum misi, citius redditum iri confido, de quibus non est quod
gratias Ill/ma D.V. agat: plura veteri ejus in avum patremque, et
me deinde et fratrem, benignitati debere profiteamur. R/mi Nostri Mal-
deri de Justitia et Religione commentaria intra pauculos dies finie-
mus, et tum Cl/mi Bosii Triumphantem Crucem diligentius prosequi-
10 mur. Veteres quos tantum recudimus libros haud recenseo, praeter
Sacrorum Bibliorum Concordantias: in quibus exacte et singulatim
ad Clementinum, sive Sixtinum Sacrae Scripturae exemplar conseren-
das, plurimum operae et aeri impendimus, intra octo circiter menses
cum bono Deo eas emissuri in lucem; qui tū, Ill/me Domine, Eccle-
15 siae Suae incolumem diu servet. Antverpiae, in officina Plantiniana
V Aug. M.DC.XVI.

De felicitate Sanctorum brevi recudendus nobis erit; si quid
forte in eo epusculo correctum vel additum Ill/ma D.V. velit, moneri
rogo.